UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

pillaris quæ fit ad fauorem filij impuberis iux. tex. in §.1.cum sequ.inst.de pup.substit.si fiat usque ad certum tempus, post illud censetur prohibita: Itē quia
79 †actus agentium non operantur ultra intentionem eorum l.si quis nec cām,l.non oīs.ff.si cert.pet. c.deinde 26.distin.c.homines 22.q.2.Sed Hannibal post mortem patris per quam plures annos fuit legitimatus,ergo hmōi legitimatio non dr̄ prouenisse, nec facta ex præordinatione patris. ¶ Secundo respondeo,q̄ Bal.& cæteri,de quibus supra,loquunt,
80 † qñ pater in uita eius hoc præordinasset dispositiuè,mandando,uel aliter disponēdo circa legitimationem,& capacitatem filij,& ita in terminis loquitur Bar.in d.§.& quid si tm̄,quem allegant,& sequūtur doctores post Bal.in d.l.rescrip.& in d.§.& quid si tm̄,& in terminis habetur per D.meum Socyn.& Alex.in cōsilijs allegatis: Sed in terminis nīs Octauianus testator dispositiuè hoc non præordinauit, sed conditionaliter loquendo, vt ibi in dicto testō, cum,& qñ,etsi fuerit capax tàm tempore mortis, q̄ post mortem ipsius infra annum,iunctis iis, quæ habentur per Bartol.& alios in l.1.ff.de cond.& demonstra.& ibi,& dicto Hannibale legitimato &c. quæ uerba faciunt conditionem l.a testatore,& per Bar.in d.l.1.ff.de cond.& demon.ergo non sumus in casu Bal.Bar.& aliorum doctorum,quoniam uerba conditionalia non inducunt dispositionem, seu præordinationem aliquam l.si quis sub conditione ff.si quis omiss.caus.testa.not.per gl.& doctores in l. Lucius ff.de hæred.instit.in l.centurio ff. de uulg.& pup.& in l.cum auus ff.de cond.& demonst. ¶ Tertio respondeo,q̄ Bal.Bart.Soc.& alij loquuntur, qñ pater hoc præordinasset quoad effectum sibi succedendi,vtque efficeretur capax suæ successionis,qm̄ ex quo ipse pater potuisset uenientibus ab intestato præiudicare testando,& disponendo in suo testamento,& in uita eius legitimando filium, ita ēt disponendo,& præordinando,vt eius filius post mortem suam capax efficeretur suæ successionis per legitimationem,& ita præordinatum fuit ad hunc effectum per Octauianum testatorem: ergo quoad effectum succedendi in bonis,& hęreditate aliorum extraneorum, & consanguineorum præordinatio patris non potest dici esse iusta cā legitimandi ad præiudicium illorum uenientium ab intestato, qui illius consanguineis ab intestato successissent,& hę reditatem eorum adiuissent, & possessionem bonorum apprehēdissent: & rō diuersitatis iudicio meo est in promptu,qm̄ pater præordinando filiū posse, & debere legitimari quoad effectum suę successionis,& bonorum,hoc potuit facere ad præiudicium uenientium ab intestato, quibus quoad bona sua potuit præiudicare,vt dicūt præfati doctores, quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter l.in re mandata C. mandat.sed quoad effectum, vt filius suus naturalis possit succedere alijs personis,& consanguineis ad præiudicium eorum, qui ab intestato successissent,& post ius acquisitum,& apprehensam possessionem,pater hoc nō debuit, nec potuit facere,nec præordinare ad præiudicium iuris iam quæsiti in bonis, & hæreditate alterius, super quib. pater non ualuit quidquam ordinare: & hic est casus noster, in quo cessat rō doctorū,vt de se patet.
81 ¶ Præterea † quamuis quando filius post mortem patris ex præordinatione, & dispositione paterna petit se legitimari, uenientes ab intestato non sint citandi,sicut si pater in uita sua legitimasset, vt uoluit Bart.quem alii sequuntur in d. §. & quid si tantum in ult.col.tamen si in legitimatione non fuerit facta mentio de uenientibus ab intestato, illis non censetur per legitimationem illatū præiudicium, quia si de illis habita fuisset mentio,difficilius fortè legitimans concessisset, & consequenter legitimatio diceretur subreptitia per notata per Ioan. Andr.in addit.ad Spec.in tit.de success. ab intest. §. 1.uersi.item scias,& per D.Ant. in c. per uenerabilē qui filij sint legi.Soc.in terminis in d.§. & quid si tm̄ in antepen.col.in 3. conclusione; ex quibus infertur,q̄ stant simul, q̄ legitimatio ualeat non citatis etiam uenientibus ab intestato, & sic legitimatio ualeat in se, & tm̄ ipsis uenientibus ab intestato in successione non præiudicet quoad ius perfectè acquisitum,ex quo de ipsis facta non fuit mentio, & hoc expresse colligitur ex not.per Angel.in d. §. & quid si tm̄ in ult.col.Non ualuit ēt hęc legitimatio,
82 † quia facta fuit lite pendente,de qua in ea non fuit facta mentio,& ideo cum ea inferret præiudicium liti,non ualet ad illius præiudicium Bal.in c.1.extra vt lite penden.& in l.j.C.eod.tit.& in prohemio digestorum,& hr̄ latè per D.Ant.in c. fi. vt lit.pend.& per Alber. in l. prohibere §. illud ff. q̄ ui aut clam. Et hæc sufficiant ad declarationem huius difficillimę materię.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus ex rescripto principis non pōt,nisi pp ingratitudinem aduersus principē cōmissam, ad pristinū statū reuocari.*
2 *Legitimatio,& libertatis datio æquiparantur.*
3 *Priuilegium sui natura perpetuum, & irreuocabile non potest,nisi ex causa iusta superuenienti reuocari.*
4 *Legitimationis priuilegium est sui natura perpetuum, & ad vitam legitimati durat.*
5 *Priuilegium principis,per quod est alicui acquisitum ius aliquod,quod sit de iure naturæ, vel gentium,non potest absque iusta causa reuocari.*
6 *Ex legitimationis priuilegio acquiritur legitimatio ius, quod est de iure gentium,& naturali.*
7 *Emens rem aliquam nomine alterius an,& quando illi, cuius nomine emit,donare voluisse præsumatur.*
Et quid si emat de propria pecunia num.10.
8 *Donandi animus ex meritis plurimis præcedentibus arguitur.*
9 *Emat si quis rem nomine alterius,cui dominium, & possessio illius rei sic emptæ acquiri dicatur.*
11 *Prælatus an,& quando de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, vt de fructibus,& alijs testari possit.*
12 *Priuilegium Cardinali concessum non potest absque iusta causa reuocari.*

EPITOME.

LEgitimatum non posse ad pristinum statum suum, vt desinat esse legitimatus, absque iusta causa reuocari.

Et mentem rem nomine alterius etiam de propria pecunia,ob necessitudinem,amorem, coniunctionem,merita præcedentia, & alia hic posita, præsumi uoluisse donare illi; cuius nomine emit, hic habetur.

CONSILIVM CLXXVIII.

1 LEgitimatus † ex rescripto principis, & primæuæ naturæ restitutus non potest ad statum pristinum reuocari, nisi pp ingratitudinem legitimata diuersus principem commissam.& sic nisi ob iustam causam de nouo superuenientem,ad instar libertatis,quę reuocari non pōt,

nisi propter ingratitudinem superuenientem, vt in
2 l.ingratus ff.de iur.patro.& † æquiparantur datio libertatis,& legitimatio,vt in §. liceat in auth. quib. mod.natur.effic.legi.colla. 6.& ita determinat Bal. in c.1.§.filij nati in fin.uerb. si de feu. fuerit controuer.inter domi.& agna.& sequitur Fely. in c. nouit
3 col. 10.extra de iudi.Quod confirmatur,quia † priuilegium,quod sui natura est perpetuum, est sui natura irreuocabile, nec pōt nisi ex cā iusta superuenienti,reuocati,arg.c.decet de reg.iur.in 6.c.1. & 2.
4 & c.institutionis 25.q.2.Sed † priuilegium legitimationis sui natura est perpetuum, quia durat ad uitā legitimati.iux.l.j.ff.pro socio,gl.in §. perpetua 10.q. 2.hr̄ in auth.si quas ruinas C.de sacrosa.eccl. & probatur in §.quia uerò in auth.quib.mod.natura. effi. legit.& in auth.quib.modis natur.effi.sui, & hr̄ in c. per uenerabilem qui fil.sint legit.ergo illud, postquam fuit concessum,non pōt absq; iusta cā superuenienti reuocari.Præterea † ubicunque per priui
5 legium principis est acquisitum aliquod ius,quod sit de iure naturæ,uel gentium illiud absq; cā reuocari non pōt,quia princeps de ptāte ordinaria, & absque iusta cā non pōt tollere ius quæsitum, q̄ sit de iure gentium,uel naturali,vt hr̄ per Bar.& oēs in l.fi.C.si contra ius,uel util.publ.per Inno.& canonistas in c.quæ in ecclesiarum de const.cum sim.& de iure quælito ex priuilegio hr̄ in c. nouit de iud.per Fel.& alios, & not.in c. suggestum de decim. & faciunt ea,quæ habentur per Alex.in l. cum hæredes in prin.in 2.col.ff.de acq.poss.&latè per Pau.de Cas. & alios in l.digna uox C. de legibus, & hr̄ in c.ueniens de præscri.Sed † ex priuilegio legitimationis
6 acquiritur ius ipsi legitimato, q̄ est de iure gentiū, & naturali,quia restituitur naturæ, & ingenuitati antiquæ,vt in d.§ illud in auth. quibus modis natural.effi.sui,quæ sunt naturalia,vt ibi,ergo legitimatus nō poterit absque iusta cā ad pristinum statum suum reuocari,vt desinat esse legitimatus. An aūt
7 † ex eo,q̄ Reuerendissimus Cardinalis emit comitatum pro illustri D.Martio,& eius noīe,censeatur uoluisse donare,illud utique magis de iure concludendum esse arbitror,tum pp affectionem, quam habebat erga ipsum D.Martium,tum quia D.Martius erat de domo,& de coniunctis,& sic de sanguine Reuerendissimi Cardinalis, quæ arguunt ipsum uoluisse donare,ad tradita per gl. in l. si seruus cōis, & in l.utrum ff.de don.inter uir.& uxor.l.procula ff. de probat.& Bar.in l.dum quid in 2.col.ff.si cer.pet. Præterea quis emēdo rem pro coniuncta persona, ad quam uerisimiliter magnam habeat affectionē, censetur uelle illi donare, quia eius nomine emendo dicitur liberalitate uti l.filiæ,vbi hoc præsupponunt Bar.Bal.Sal.Pau.de Cast.& alij C. fam. herciscē. & l.2.C.si quis alter.uel sibi, nisi esset talis persona, cui posse donari lex interdiceret,vt est uxor,nā maritus emendo illius nomine non dr̄ donare, quia nō pōt l.multum C.si quis alte.uel sibi: Sed illustris D.Martius est de domo, & consanguineus præfati Reuerēdissimi Cardinalis,qui illum maximo amore prosequebatur, ergo ex quo emit illius nomine
8 dictum comitatum,dicetur animo donandi emisse,& præcipuè,quia multæ aliæ concurrunt coniecturæ,ex quib.præsumi pōt,q̄ animo donandi emerit,videlicet † merita plurima, quia sępius se periculo mortis pro illo exposuit, item ipse Reuerendissimus Cardinalis sperabat domum suam mediā te D.Martio conseruari,& ampliari,ex quib.ēt animus donandi argui pōt,vt in l.si uerò remunerandi §.idem Papinianus cum ibi not.ff.man.& not. in d. l.si seruus cōis,in d.l.utrum,& per Barto.in d.l. cum quid.Colligitur etiam coniectura donationis,quia vt dictus R. D. Cardinalis matrimonio copularet d.D.Martium filiæ illustris D.Antonij de Leua,promisit præfato D. Antonio emere præfatum comitatum nomine dicti D.Martij, & ad illius utilitatē, &ex præcedentibus sequentia declarantur l.si seruus plurium in fi.cū seq.ff.de leg.1.iūcta d.l. utrum.
9 Præterea † ex quo prędictus R.D. Cardinalis non sibi,nec eius nomine emit,sed nomine D. Martij, sibi non acquisiuit,quia noluit:Vnde posito,sed non concesso,q̄ non acquisiuisset ipsi D. Martio, quia non potuisset iuxta ea, quæ habentur in ca. cum super abbatia de offi.deleg.& in d.l. multum interest, tamen ex quo D.Martius est in possessione dicti comitatus,quia facta illius uenditione, D. Martius illius possessionem habuit,sequitur,q̄ sibi,& non alteri acquisitum fuit dominium, & possessio dicti comitatus,nam q̄n res emitur ab uno alterius nomine,quamuis contractus posset dici inutilis,tn̄ dominium illius rei acquiritur ei, qui possessionē habuit,& non emptori,vt est tex.not.& singularis in d.l.multum in fi.uer.ibique gl.& doct. omnes. Et licet Bar.in l.quæ dotis in 4.col.ff.solu. matr. uelle uidetur,q̄ traditio rei in casu,quo quis rem alterius nomine emit,præsumi faciat donationem, q̄n pater,& ascendens,qui haberet in ptāte, emisset noīe filij per rex.in d.l.2.& in d.l.filiæ, tn̄ ēt in extraneis, & simpliciter coniunctis q̄ traditio operetur translationem dominij in casu nostro,est tex.in d.l.multum in fi.uerb.qui loquitur,q̄n maritus emit nomine uxoris,& tn̄ uult,q̄ si res fuerit uxori tradita, illi dicatur acquisitum dominium, ac ēt possessio, & idem probatur in l.mancipia C. eod.tit. qui text.loquitur de matre,quæ non habet in ptāte, quæ noīe filiorum de sua pecunia emisset, nā acquirit filijs,
10 & non sibi.¶ Sed restat dubium, an † emens noīe alterius de propria pecunia dicatur donare, & Bar. in d.l.quæ dotis,quem cōiter alij sequuntur, vr̄ concludere,q̄ inter ascendentes,& descendentes, qui sunt in ptāte,donatio præsumitur,si traditio descēdenti facta fuit per tex.in d.l.2.C. si quis alter.uel sibi,& in d.l.filię,sed inter extraneos secus est, vt per totum ff.de neg.gest.nam ex eo solum, q̄ nomē alterius sit in instrumento inscriptum, & sic res alterius noīe fuerit empta,non præsumit donatio, ltē ex eo solum,q̄ rō coniunctionis, & sanguinis concurreret,donatio non p̄sumitur.ad tradita per Bar. & alios in d.l.quæ dotis,sed his oīb. simul concurrē tibus,vc3 q̄ noīe alicuius fuerit emptum, adsit rō necessitudinis,& coniunctionis,& merita præcedē tia,ac ēt aliæ coniecturæ concurrentes arguunt, & prę sumi faciunt donationem,argu.d.l. procula, & not.in l.libertis quos ff.de alim.& cib.legat.& est de mente Bart.ibi,& in d.l.cum quid in 2.col.ff.si cert. pet.& glo.in d.l.si seruus cōis,& in d.l.utrum, Bal.in c.si cautio de fid.instru.& in l.2.C.de iur.dot.& Pau. de Cast.in l.traditionibus C.de pactis:Idem, si concurreret dignitas, & nobilitas ex parte dantis ſm Bal.in l.1.C.ad uelleian.& gl.in l.uxori §. fi.ff.de leg.
11 3.¶ An aūt † prelatus testari possit de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis,vt de fructibus,& alijs, regulariter non posse dicendum est, vt in capitu.1.& 2. 12.quæst.5.gloss.in cap.cum in officijs,& ibi est tex. notabilis de testamen.Pau.de Cast.& alij in authen. licentiam C.de episcopis,& cleric.Sed fallit,nisi extaret consuetudo,vt per gloss.in summa 12. quæst. 5.& in capitul.præsenti de offic.ordinan.in 6.& tangunt doctores in dicto capitul. cum in officijs, & Archid.in dicta summa 12.quæst.5 Idem, si per statutum loci concederetur,ualeret enim statutū huiusmodi

iusmodi, ut præsupponunt doctores maximè Ioan. Andre. in rub. de testam. in addit. ad Spe. & moder. in c. ueniens in 2. & 3. col. de præscript. idem, si à Papa fuerit hæc potestas ex priuilegio concessa, ut p̄ supponunt docto. proximè allegati, & habetur per dominos de Rota in decis. 77. in nouis secundum numerum aliquorum. Cum ergo præsupponatur concessum fuisse priuilegium Reuerēdissimo Cardinali, q̄ posset de bonis etiam ex redditibus eccle
siæ acquisitis testari, testamentum ab eo factum ēt de huiusmodi bonis ualuit, & tale priuilegium cō cessionis non potuit absque iusta causa de nouo su peruenienti reuocari, per prædicta, & † maximè cū
12 fuerit concessum Cardinali, ut Cardinali, per ea, q̄ habentur per Hostien. in c. antiqua de priuilegijs, & per Felin. in c. ad audientiam in finalibus uerbis de præscript. iunctis ijs, quæ uoluit Paulus de Castro in d. l. digna uox C. de legibus, & per scribentes maximè Felin. in c. nouit de iudicis cum similibus ubi uolunt, priuilegium concessum illi, qui non est uerè subditus, non posse reuocari. Et hæc pro aliqua li informatione sint dicta. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In filiationis probatione quæ sint articulanda.*
2 *Legitimatio spurij, seu naturalis facta post obitum patris, & post aditam hæreditatem, apprehensamque bonorum possessionem etiam non citatis ijs, quibus iam esset ius acquisitum, an, & quando ualeat etiam ad illorum præiudicium: & numero 6.*
3 *Legitimatio facta de uoluntate patris nec causæ cognitionem, nec aliquorum citationem requirit.*
4 *In legitimatione quando requiratur citatio illorum, qui ab intestato succederent, & quando non.*
5 *In legitimatione sufficit mentio uenientium ab intestato etiam per uerba generalia.*
7 *Mandatum, & uoluntas patris præordinata ad legitimandum filium potest per testes probari.*
8 *Testes ad perpetuā rei memoriam examinati an probent absq; eo, quod iterum examinentur, & quando sunt iterum examinandi, & quando non.*
9 *Commissionem, & mandatum non potest probare is, cui illa, seu illud facta, uel factum fuit.*
10 *Notario de commissione examinis sibi facta non creditur.*

EPITOME.

LEgitimationem filij spurij, seu naturalis post obitum patris, & post aditam hæreditatem, apprehensamq; bonorum possessionem, etiam non citatis ijs, quibus iam esset ius acquisitum, factam ab habente potestatem sic legitimandi, ualuisse ēt ad illorum præiudicium, quibus ius esset acquisitum, si ex præordinatione, & uoluntate patris, de qua constaret, ea facta fuisset, hic habetur.

Et diuersitas inter casum huius cōsilij, & casum consilij 177. præcedentis manifestè apparet in dicto consilio præcedenti sub num. 75. cum sequentibus.

CONSILIVM CLXXIX.

VISIS articulis, & ijs, quæ in facto præsupponuntur super filiatione, & legitimatione Gradasij, resoluendo dubitationes trāsmissas, Quoad primam breuiter respondeo, † quòd
1 duo sunt de per se articulanda secundum Bart. in l. filium ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. Primum, q̄ quis sit filius talis natus &c. secundum, q̄ ille, qui asseritur pater, eum habuit, tenuit, & tractauit, ut filium, & ita tenetur, & reputatur, seu tentus, & reputatus fuit ab eo, & ab alijs illum cognoscentibus, & maximè à uicinis, & consanguineis patris, item q̄ dictus filius fuit, & est in quasi possessione filiationis: Alex. tamen in consil. 51. uol. 1. dixit satis esse, si alternatiuè articuletur, q̄ quis natus fuerit ex uxore in domo uiri, uel q̄ fuerit tentus, habitus, & tractatus, ut filius, & sic in effectu quoad casum nostrū uidetur cum dictis Bart. concordare; Et hæc probantur in cap. per tuas per D. Antonium, Abba. & Moder. extra de probatio. & in cap. transmissę per gl. & doct. qui fil. sint legi. & in l. si vicinis C. de nupt.

¶ Quo vero ad validitatem legitimationis factę de dicto Gradasio post aditam hæreditatem, & apprehensam bonorum possessionem à domino Iacobo D. Ioannisandreæ, proximiore considerandum est, q̄ † quamuis legitimatio facta de filio naturali, seu
2 spurio post obitum patris, & aditam hæreditatem, & bonorum possessionem apprehensam maximè non citatis ijs, quibus ius esset iam acquisitum, nō ualeat saltem ad illorum præiudiciū, ut uoluit Bar. quem docto. communiter sequuntur, in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthu. & Alex. in l. cum hæredes in prin. in 2. & 3. col. ff. de acquir. poss. cum similibus argumen. l. nam ita diuus ff. de adoptio. tamen vbicunq; filius naturalis, uel spurius ex præordinatione, & uoluntate patris ab habente potestatem legitimandi fuisset post mortem patris legitimatus etiam post aditam hæreditatem, & apprehensam bonorum possessionem, ualet legitimatio etiam non uocatis, nec citatis ijs, qui ab intestato hæreditatem adiuissent, ut uoluit Bal. in l. rescripta in ult. col. C. de precib. imper. offer. & est de mente Bar. in d. §. & quid si tantum, & sequitur Soc. in cōs. 120. vol. 3. qui inter alia adducit doctrinam Bar. in d. §. & quid si tantum: & hoc idem uoluit Alex. in cō si. 188. in vlt. col. vol. 5. Nam † ubi legitimatio filij fit
3 de uoluntate patris, non requiritur alia causę cognitio, & consequenter nec citatio per Bartolum in loco allegato. Præterea † comes, qui legitimauit, habet potestatem legitimandi, citatis, & non citatis illis, quorum interesset, & ante aditam hæreditatem, & post, & ante apprehensam possessionem, & post, quam amplam facultatem intelligo in casu, quo legitimatio fieret ex præordinatione, & uoluntate illius, de cuius bonis ageretur, ut est etiam de mente Alex. in dicto consi. Alioquin si comes hanc amplam potestatem non haberet, tunc non ualeret
4 legitimatio, nisi citatis alijs filijs, aut agnatis, qui ab intestato succederēt, uel saltem nisi de illis mentio in legitimatione facta esset, ut latè habetur per Alexan. in consi. 67. in penult. colum. uolum. 1. & colligitur ex ijs, quæ uoluit Barto. in dicto §. & quid si tantum in ult. colu. iunctis nota. per Ioannem Andr. in additio. ad Spec. in tit. de successio. ab intesta. in §. 1. versi. item scias, & per dominum Anton. in cap. per venerabilem qui filij sint legit. ac etiam per Soc. in d. §. & quid si tantum in antepenult. colum. in vltim. conclusione, & in penult. col. in 3. conclusione: Fuit
5 † autem legitimatio facta in casu nostro habita mē tione de venientibus ab intestato saltem per verba generalia, quamuis non nominatim, quod sufficit, arg. eorum, quæ habentur per Paul. Cast. in cōs. 281. in 1. lib. in facto præsenti &c. & quæ ponit Aret. in c. 1. extra de rescrip. & per Bar. in l. si quis in princip. ff. de leg. 3. cum similibus: Ergo legitimatio, stantib. præmissis, dicitur ualida, quamuis fuerit facta post mortem patris, & post aditam hæreditatem, & bonorum possessionem apprehensam, ueluti assentire
6 vē etiam Ias. in consil. 22. uol. 3. qui † tamen declarat